Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36523
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mum capitis inuenisset. Audierat enim de anthonio qd ex euangelica
lectione cui forte supueneratur ammonitus fuerat tamq̃m sibi diceretur qd
legebat. uade uende omnia que habes & da pauperibus & habebis thesaurum
in celo. & ueni sequere me. taliq; oraculo delectum ad deum fuisse conuersum.
Itaq; conatus redit ad eum locum ubi sedebat alipius. ibi enim posuerat co
dicem apli cum inde surrexerat. Arripuit & legit in silentio capitulum quo p
mum conuersi sunt oculi eius. Non in comessationibus & ebrietatibus. non in
cubilibus & impudicitiis. non in contentione & emulatione. sed induite dnm
ihm xpm. & carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Nec ultra uo
luit legere. nec opus erat. Statim quippe cum fine huius sententie. quasi
luce securitatis infusa cordi suo. omnes dubitationis tenebre diffugerunt.
Tum interiecto signo codicem clausit. & tranquillo iam uultu indicauit
alipio. At ille petiit uidere qd legisset. Ostendit. & attendit etiam ultra
quam legisset augustinus. ignorans quid sequeretur. Sequebatur uero. Infir
mum autem in fide recipite. Qd alipius ad se referens apuit amico. & ta
li ammonitione firmatus est. ac bono proposito suis moribus delitentissimo
sine ulla turbulenta cunctatione adiunctus est. Inde ad matrem augusti
ni ingrediuntur. indicant. gaudet. Mirantur quemadmodum gestum sit.
exultat & triumphat benedicens deum. qui luctum suum in gaudium con
uertit. cuius gratuita bonitate uidebat filium suum diuisum. ut nec u
xorem quereretur. nec aliquam spem seculi huius. stantem in ea regula fidei.
in qua illum tot annos supna clementia sibi reuelauerat. Igitur augu
stinus legebat psalmos dauid cantica fidelia. & sonos pietatis excludentes
turgidum spm. studis cathecuminus cum alipio factus matre ad
herente eis muliebri habitu. uirili fide. anili securitate. materna carita
te. xpiana pietate. Legebat & inflammabatur ex eis. & incendebatur. eos re
citare si posset toto orbi terrarum. Vehementi tacti dolore indignabatur ma
nicheis. & rursus miserebatur eos qd illa sacramenta. illa medicamenta
nescirent. & insani essent adhibitis antidotum quo sani esse potuissent. Eo tem
pore data achademicos uel deachademicis tres scripsit libros. ut argumen
ta eorum que multis ingerunt ueri inuestigandi desperationem. prohibent cui
quam rei assentire. cum eis omnia uideantur obscura. & incerta. quantis pos
sent rationibus ammoueret. Qd miserante atq; adiuuante domino factum
est. Inter prefatos libros de achademicis. edidit librum de beata uita.
in quo probat non esse beatam uitam in perfectam cognitionem dei. Ex occa
sione quippe ortus est dies natalis. & triduii disputatione completus.